

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consuetudo n
cum fonte primo

Asperam nobis et insuauem uirtutum uiam
nimia facit uiciorum consuetudo
que si in alteram partem transferatur, inuenitur
semita iusticie leuis.

Ieronymus in epistola ad Cellanciam.

asperam enim nobis et insuauem uirtutum uiam
nimia effecit consuetudo uiciorum,
quae si in partem alteram transferatur, inueniet,
sicut scriptura dicit,
semitas iustitiae leues.

Pelagius, *Epistula ad Celantiam*, 148.10
(CSEL 56, I. Hilberg ed., p.337, ll.13-16).